

SCRIPTA

Numéro Scripta : 769

Auteur(s) : Gilbert de Peissy, de Grandcourt [particulier]

Auteur(s) : Guillard de Peissy, de Grandcourt [particulier]

Bénéficiaire(s) : Le Tréport, Saint-Michel (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 1261, 8 décembre

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Vente à l'abbaye, par Gilbert et Guillard de Peissy, de tout leur ténement à Grandcourt

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Laffleur de Kermaingant Pierre, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Michel du Tréport (ordre de Saint-Benoît)*, Paris, Didot, 1880, n° CCXII, p. 238-239.

Texte établi d'après a

Notum sit omnibus, presentibus et futuris, quod Gilbertus de Peissy et Willardus de Peissy, de parrochia Grandicurie, de communi assensu nostro, vendidimus et penitus deseruimus dominis nostris, viris religiosis abbati et conventui de Ulteriori Portu, totum tenementum nostrum, ad campum et ad villam, quod de ipsis tenebamus in parrochia et in territorio de Grandicuria, pro quater viginti duodecim libris, decem solidis turonensium nobis pre manibus solutis, videlicet unum masagium integrum, cum edificiis et pertinentiis et cum omni terra eidem masagio adherente, sicut se portat in longum et latum inter terram domini Simonis de Grandicuria, ex una parte, et terram Nicholai Bochart, ex altera, unam petiam terre sitam in Aubengiis, que est inter viam de Puteis, ex una parte, et terram Willardi de Criolio, ex altera, unum pratum situm in Capeleio inter pratum domini Simonis de Grandicuria, ex una parte, et ripariam, ex altera, et unum ortum situm ante predictam masuram inter viam du Doit, ex una parte, et pratum domini Simonis de Grandicuria, ex altera, et quicquid juris ad nos vel heredes nostros pertinebat vel pertinere poterat, occasione predictae hereditatis, videlicet in terris, pratis, aquis vel in omnibus rebus aliis, ubicumque sint ; tenenda et habenda omnia predicta dictis dominis abbati et conventui, et successoribus eorum, ad faciendam suam penitus voluntatem, sicut de sua propria elemosina, libere, quiete et pacifice, absque contradictione vel reclamazione de nobis et heredibus nostris de cetero facienda. Hanc autem venditionem et concessionem omnium rerum predictarum nos, predicti Gilbertus et Willardus, et nostri heredes dictis abbati et conventui, et successoribus eorum, contra omnes tenemur garantizare et de omnibus rebus aliis, per obligationem omnium bonorum nostrorum mobilium et immobilium, deliberare. In cuius rei testimonium, presenti carte sigilla nostra apposuimus. Datum anno Domini M°. CC°. LX°. I°, mense decembris, in die Conceptionis beate Marie Virginis. Testibus hiis : Laurentio Lember de Envremou, Henrico, dicto Fou., de Puteis, Nicolao de Mesnillo, Johanne, dicto Noel, de Grandicuria, magistro Willelmo de Septem Molis, carpentario, et pluribus aliis.